This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Shelby No. Co.
Shelf I. Front
7
E. 95. D. 2.

E. BIBL. RADCL.

43 B 22
X
C
189
1

CR. Q 48

Conscientia rectæ voluntatis maxima consolatio.

CICERO.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

JOSEPHO FRANCISCO OSCARI

SVECIÆ NORVEGIÆQUE PRINCIPI SUCCESSORIO!

D. D. D.

Quoniam omnes jamjam in Scandinavia Scientiæ, Tuo *auspice et duce*, Serenissime Princeps! *evedentissimis lætantur*

profectibus et florent, sperare etjam aussus sum, ut hocce opusculum res, quas Patriæ gignit natura, amplexurum, favente Tuo *numine accipiatur et sacrum* Tibi *dicatur*

Serenissimi Principis ac Domini

cultor devotissimus

G. J. Billberg.

Præmonenda.

Necessitas Enchiridii, rerum naturalium operam navantes ad manum ducentes in cognitionem natalis soli subolum acquirendam, profectibus, quibus ætas nostra lætatur, Scientiæ naturalis accommodatam; nec non variis, quæ floruerint, systematibus quodammodo congruam, haud prorsus in dubium vocari potest. Post vigentem inter mortales Linneum, interpretem faventis naturæ; post Faunam illius editam 1761 Encheridium tale, Scientiæ jamjam adamata lingua conscriptum, animalia Sveciæ amplectens diu desideravimus. Ut idcirco huic defectui, quatenus fieri posset, consuleat, hæcce in lucem prodit Synopsis, Faunæ regnum, nisi graviditati operis vires meæ subsideant, investigatura; atque ut diligentior producta Naturæ in scandinavico climate vigentia perscrutandi, cognitionemque eorum promovendi cura in incolis Sveciæ excitaretur, qua fructus, quos benigna

evolvit paterna natura, uberrimi ex omnibus hauriantur, fuit mei laboris intentio.

Consuetum morem res naturales contemplandi me non uno loco deliquisse, facile intelliget Lector; quod vero ut indulgenti censura dijudicetur opto oroque. Fuit scillicet mei animi exoptatio, sicuti aliæ scientiæ aliam jamjam nostro ævo accommodatam formam induerunt, ita etjam ab omni vitioso disciplina naturæ abstergatur, inque debitam convenientiam, divinæ simplicitati, quam semper sibi vindicavit natura, aptam redigatur. Principia, quæ in hoc ausum suscipiendo sum secutus, brevissimis liceat in medium proferre urbis; quæque deinde argumenta dignissimi afferre habuerint eruditi, grata mente accipiam, inque posterum, si fata sinant, ad perfectius reddendum opus servabo. Sub ipso progrediente labore, licet maxima adhibita cura, quam grave, eundem tenorem integrum semper servare, quamque facile, immo etjam interdum inevitabile in unam vel alteram partem declinare, sum expertus.

Quod igitur methodum systematicam spectat, semper quidem fundamenta Linneana servare studui, quia congrua naturæ indoli, recentium in omnibus Historiæ naturalis partibus systemata fere innummera evincunt. Ubi vero severiorem convenientiam nexumque rigidiorem propescit res, ibi mutavi, quod mutandum censui. Adeoque in Mammalibus ordinandis systema *Cuvieri*, acutissimum quidem sed restrictioris idcirco usus, quasi anatomicis instructum fundamentis sequi non potui.

Ut etjam quisque quamque rem faciliori examini subjicere posset, ad omnem subclassem conspectum generum proposui, ut, in quo genere rem cognoscendam inveniret, in promtu haberet scientiæ cultor; quo invento ad specierum deinde notitiam numero prefixo monstratur. Iis insuper, qui systema meum in rebus, quas non tam scandinavicum fert solum, sed etjam quæ ceteris in terræ plagis vigent; ordinandis sequi vellent, universalem quem adjunxi conspectum, haud ingratum fore speravi.

Quo magis analytico modo tractatur scientia quæcunque, eo faciliori usu divulgatur. Hac de ratione, sicut recentis Ævi Zoologi et Phytologi fecerunt, varia genera, quibus communem natura similitudinem tribuit, in certas turbas congessi; quas nationis nomine distinxi, pro familiis auctorum aliorum, quam denominationem ineptam censui, quandoquidem familia in quacunque lingua singulum marem et feminam cum prole sua respicit, unde ex pluribus familiis genus oritur commune et ex pluribus generibus una *Natio*. Fieri tamen potest, ut quod nunc nationis nomine insignimus, genus tantum aliquando nuncupatur.

Recentium auctorum principia quamque nationem in plura genera, quæ ab aliis subgenera apellantur, distribuendi secutus sum, inde enim certior evadit rerum cognitio et auctus tam animalium quam herbarum subolum numerus, quæ post vivum Linneum diligentiæ humanæ innotuere, hanc distributionem necessariam exigit. Eam tamen normam mihi substitui, ut, quando

notæ distinctæ in animalibus e capite, præsertim oris partibus desumi possunt, generum dissectio semper sit evitanda.

Ratione nominum scientificorum habita, principia et regulas, quas in hac re Linneus fundavit, ante oculos habendas judicavi; illius igitur denominationes et omnes alias vulgari auctoritate sancitas retinere, quantum potuerim, religione ductus sum. Novæ autem rei, præclari huic auctori ignotæ, novum impositurο nomen antiquissimum mihi semper arrisit, atque ab augendo synonymorum copiam, necessitate haud urgente, nunquam non ahhorrui. Hæc caussa est, cur in nationibus denominandis nomine cujusdam generis ad eandem attinentis nationem usus sum, ex eo patronymicon, Latinorum more, a denominationis genericæ casu genitivo deductum, adjuncta in fine syllaba *des*, formavi, quo memoria sublevetur et omnia eadem fine sonarent. Omnia barbara sic dicta nomina, sive variis de linguis desumta, sive ex latina et græca composita, qualia sunt *Narvalus*, *Giraffa*, *Huso*, *Monoculus* etc. remota amavi. Illud nomen, quo in quadam parte scientiæ naturalis vel alium quoddam genus jam insignitum vel in eadem classe species quædam nuncupata est, sancte rejici, ne rerum cognitio incerta et implicita evaderet. Unicuique deinceps nomini generico, quantum derivationem explicare potuerim, secundum normas, quas ipse Linneus et historiæ naturalis patres ante illum in transmutandis verbis statuerunt, formam regulis orthographiæ convenientem addidi.

Præter nomina specifica Linnei antiquissimum, si modo regulis linguæ congruat, vel generico nomine non repugnet semper retinui. Quæ vero cum generica denominatione eandem communemque sententiam involvunt, ex. gr. *Felis Catus*, *Strix Noctua*, *Scomber Scomber* etc. mutata quidem voluissem; enimvero tam late reformationem extensuro periculum fuit ne antiquo quoque nimis incumbentes viros offenderem.

In synonymia parcus fui et satius putavi nomina auctorum eximiorum popularium citare, exterorumque tantum ubi illi tacuerunt. Præterea vero exemplum, ab illustrissimo Retzio in flora sua oeconomica prolatum, opera *Svensk Zoologi* ad omnes species commemorante, persequi libet, hoc opere jamdudum universas animantium suboles scandinavico solo vigentes amplectentibus, licet adhuc non omnes sint depictæ; ut bonæ rerum icones quibus disciplinæ naturali nunc magis quam antea opus est, suis locis adnotari possint.

Brevissimas, quantum ut alia ab alia distinguatur species fieri potest, tam Diagnoses quam differentias specificas et specierum historiam in opusculo, quale hoc debere esse censui.

Animalia intra fines Scandinaviæ ut domestica provenientia, in Appendice adjuncto commemorari debere arbitratus sum.

Quidquid insuper emolumenti disciplinæ naturæ cultores diligentiæ meæ adferre velint, gratissima mente recipiam et ut naturam perscrutandi studium in eis accresceret, meique antecessores debito honore compensarentur, sub unaquaque specie primum inventorem nominare meum esse officium censui.

Denique inceptum meum magis ex amore ardente, quam perfectionis nomine mihi vindicando vel novarum rerum studio sum adgressus. Quod si pauci tantum in meliorem partem accipiant, si faveant operi; hoc laboris præmium exoptatissimum habebo.

Dabam Holmiæ d. 15. Septembr. 1827.

elongato, pedibus posticis liberis:		
1. LUTRÆDES, posticis liberis:	1. Lutra.	2. Cheironectes *Ill.*
2. PHOCÆDES, posticis retrorsum directis:	1. Phoca.	2. Cystophora *Nilss.* 3. Otarius *Peron.* 4. Trichecus.
1. MANATIDES, pectoralibus:	1. Manatus *Rondel.*	2. Haligore *Ill.* 3. Haligyna *B.*
DELPHINIDES, variis in maxilla utraque:	1. Delphinus.	2. Phocæna. 3. Hyperoodon *Lacép.*
BEATODONTIDES, ordinariis nullis, laniariis longatis armæformibus:	1. Ceratodon *Bliss.*	2. Ancylodon *Ill.*
1. CETIDES, instructis:	1. Physeter.	2. Catodon *Lacép.* 3. Cetus *B.* (Physalus *Lacép.*)
2. BALENÆDES, nullis;	1. Balæna.	2. Physalus *Veterum.*

Subclasses. Ordines. Tribus. Classis MAM

Conspectus

	1. DICHIRINA, pedibus anticis mediocribus.	
	2. TETRACHIRINA, pedibus omnibus mediocribus.	


Subclasse,
Ord.
1.
ungul
UCERNIA Ill. 8.
Gmel.
2.
2. PECORA, pedibus ungulatis:
ungul
RANDUS B.
2. CAPRA. 3.
DICERUS R.
3. P
ungul
rginatâ: 1. Sx-
s Brics.) Div.
MACHIMUS B.
Sus. 4. PHA-
DICOTYLE Cuv.
LEPURA Ill.
Ill.
1. C
pedib
tui ap
. HARPYA Ill.
4. DYSOPUS
RHINOLOPHUS
offr. 8. SAC-
ERTILIO.
2. MOSCHO-
ep.) 3. INDU-
s. 4. CASTOR.
Blumenb.

inaviæ secundum

Subclass	& Genera.
	Homo.
ES: rrucaque hal- sa.	1 Sciurus, 2 Tamias, 3 Myoxys.
ES: rrucaque hal-	4 Hypudæus, 5 Mus.
1. TARS. PODIA: IDES: pedibus dis æformibus. cte fissis: sis unguicu tis.	5-6 Gryza.
ES: edibus posti-	6 Lepus.
DES: gato: lingua	7 Mustela, 8 Martes.
S: æqvali; lin- s retractili-	9 Felis.
S: omine subco- d retractili-	10 Canis.
S: us plantigra-	11 Gulo, 12 Ursus, 13 Meles.
ES. plantigradis	14 Talpa, 15 Sorex, 16 Erinaceus.

B. ante

Subclasses		& Genera.
	DES:	16-17. Equus.
	o mediocri.	
2. HOPLE	ES:	17. Cervus, 18. Tarandus.
PODIA:	nuatim deci-	
pedibus ung		
latis.	DES:	18-19. Capra, 18-19. Ovis,
	is.	18-19. Bos.
	DES:	18-19. Sus.
	ncato, margi-	
	IONIDES:	19. Vespertilio.
	IDES:	20. Castor.
3. STEGA-		
NOPODIA	EDES:	21. Lutra.
ped. l. digi	ibus.	
membrana v	DES:	22. Phoca, 23. Cystophora,
rimodo conn	d directis.	24. Ticnecus.
etis.	IDES:	25. Haligyna.
	HIDES:	26. Delphinus, 27. Phocæna,
	maxilla utra-	28. Hyperoodon.
	NTIDES:	29. Ceratodon.
	, laniariis tan-	
	rmibus.	
	ES:	30. Physeter, 31 Catodon,
		32. Cetus.
	EDES:	33. Balæna, 34 Physalus.

Conspectus (såfotade Däggdjur).

ORD. 1. ACHIRINA (c

TRIB. 1. GLIRIA (Gl

Nat. 1. *SCIURID*

Genus 1. *SCIUR*

obducti / *minu-* — Caput *ovato-rotundatum: rostro acuto, labro fisso; Sacculis buccalibus nullis:*

G. 2. *TAMIAS* *tores.* — Sciuri, *sed sacculis buccalibus amplis:*

G. 15. *SOREX* — ♂ — *elongatum: rostro*
dit. ♀ *apice acuminato.*

G. 16. *ERINACEUS* — ♂ — *elongatum: rostro*
♀ *longo conico apice obtuse-*
rel. in *truncato.*

quale *acuminato.*

Caput

molares $\frac{6}{7}\cdot\frac{6}{7}$ *obducti:* super. *antici* 2 *unicuspides, tertius sectorius, quartus sectorius maximus,* 5-6 *tritores transversi tuberculati, sextus parvus:* infer. *antici* 3 *unicuspides,* 4 *sectorius maximus,* 6-7 *tritores, tuberculati, minores, postremus parvus.* — *productum: rostro plerumque acuminato.*

— $\frac{5}{6}\cdot\frac{5}{6}$ *l.* $\frac{4}{5}\cdot\frac{4}{5}$ *obducti;* super. 3 (2) *antici unicuspides, penultimus maximus sectorius, postremus tritorius, transversus tuberculo parvo;* infer. *primus minutus deciduus,* 3 *sequentes unicuspides, penultimus maximus sectorius, postremus tritorius parvus tuberculatus.* — *breve crassum: rostro producto, apice obtuso.*

— $\frac{6}{5}\cdot\frac{6}{5}$ *obducti;* super, *primus dimotus minutus,* 2 *minutus deciduus, reliqui tritores tuberculati,* 3 *parvus,* 4 *triangularis,* 5 *subquadratus, postremus maximus oblongus longitudinalis;* infer. *primus dimotus, reliqui tritores tuberculati,* 2 *unituberculatus,* 3-4 *oblongi; postremus quarto minor subquadratus.* — *oblongiusculum, rostro producto, apice obtuso. crasso; fronte convexiuscula.*

— $\frac{5}{6}\cdot\frac{5}{6}$ *obducti;* super. *primus deciduus,* 2-3 *unicuspides,* 2 *postici tritores, postremus maximus tuberculatus;* infer. *primus minutus deciduus,* 3 *sequentes unicuspides,* 2 *postici tritores, maximus sectorius, postremus parvus tuberculatus.* — *superne latum: rostro acuminato.*

— $\frac{7}{7}\cdot\frac{7}{7}$ *l.* $\frac{7}{7}\cdot\frac{7}{7}$ super. 3 *antici* — *conoidaum: rostro* [illegible] *apice valde*

Classis prima

MAMMALIA,

Subclassis I. TARSIPODIA,

Ordo I. ACHIRINA,

Tribus I. GLIRIA,

Natio I. SCIURIDES:

Genus I. SCIURUS, *) *Svecis:* Ekorn.

*) Hypochondrici (*Pteromus Geoffr.*)

Species 1. volans *canescens subtus albidus: hypochondriis a pedibus anterioribus ad posteriores prolixis: cauda rotundata, corpore brevori.*

Synonyma: *Linnæi* Systema Naturæ, ed. XII. Tom. 1, pag. 88. n. 10. — Fauna Svecica n. 38. — *Retzii* Fauna Svecica n. 42. — *Nilssons* Scandinaviska Fauna sid. 174. n. 30. Pteromys Europæus. *Ströms* Beskrivelse over Söndmör del. 1. s. 135. — *Svensk Zoologi.*

Svecis: flygande Ekorn. *Norvegis:* flyve Ekorn.

Habitat solitarius in sylvis borealibus, præsertim Lapponiæ. Hypochondriis corporis confestim inter arbores currit, nec volitat. Magnitudine *Muris Ratti*, vix sequentis, a quo oculis majoribus, auriculis minoribus, hypochondriis et longitudine caudæ tantum ad nucham diversus. Characteres mihi non sufficientes ut genus distinctum formetur.

---

1) Habitus genericus: *Corpus elongatum: ore mystacibus longis; oculis approximatis; auriculis oblongis erectis sæpe penicillatis; mammis apertis pectoralibus ventralibusque; cauda elongata, villosa, plerumque disticha, sciuri sedentis adscendentis; pedibus 4 – 5 dactylis, seu digitis palmarum 4 et plantarum 5: unguibus falcularibus. Pedes antici verruca pollucari lamnata.*

**) *Scandentes:*

2. Vulgaris *supra rufescens, (hyeme canescens,) subtus albidus: auriculis apice barbatis.*

Linn. S. N. 86. 1. — Fn. Sv. 37. — *Retz.* Fn. Sv. 41. — *Nilss.* Sc. Fn. 168. 29. — *Sv. Zool.* 19. — *Ström.* Söndm. 1. 153. — *Pontoppidans* Norriges Historia. del. 2. sid. 39.

Sv. allmån —, Ikorn, Ikorre, Ekorre, Kurre, Igor, Furufrat. *N.* Ekorn, Ikhorn, Egerne. *Lapponicis:* Orre.

Varietas *β.* albo notatus *rufescens: apice caudæ albo.*

Sv. Hvitmårkt —.

Var. *γ* albus *niveus: oculis dentibusque rubrescentibus.*

Var. *δ* niger *totus nigrescens.*

Sv. Svart —.

Hab. in sylvaticis, *α* ubique frequentissime, varr. *β* et *γ.* in Vestrogothia et Scania, et var. *δ* in Scania rarissime (De *Nilsson*), in cavitatibus arborum hybernans. Longitudine corporis circiter 9 poll. Caudæque 10 poll. Apicum auricularum pilis longis a congeneribus distinctus, unde facies ejus cornuta, a quo probabiliter nomen Ekhorn (Ekorn) derivatum. Mensibus Febr. — Aprilis generationis causa junguntur, post dies 30, 3—7 pullos cœcos parituri.

G. 2. TAMIAS, [1]) *Sv.* Fårrådskurre.

1. Striatus *flavescens: striis 5 longitudinalibus fuscis, subtus albus.*

Linn. S. N. 87. 7. — *Retz.* Fn. 59. Sciurus — *Nilss.* Fn. 177. 32. — *Sv. Zool.*

Sv. streckad —.

1) Hab. gener. *proxime Sciuri, sed auriculis brevioribus rotundatis nudiusculis et sacculis buccalibus amplis, caudaque corpore fere breviore, undique villosa, teretiuscula.*

Hab. in pinetis Dalecarliæ rarior (*D. Blom*), magnitudinem *Muris musculi* paulo superans. Cavernas terrestres incolat, a granis frumenti seminibusque arborum diversarum baccisque victitans, quorum copiam colligit, unde nomen genericum *Dzi Illiger.* Pullos 4–5 parit. Corpus flavescens lateribus pallidioribus, subtus album: striis dorsalibus 5 fuscis, 2albidis. Caput supra brunnescens: stria in latere utroque oculorum longitudinali brevi alba. Cauda supra nigrescens, subtus rufescens.

G. 3. MYOXYS, [1]) *Sv.* Spetsmus.

1. Avellanarius *fulvus: gula albida: pollice plantarum mutico, cauda longitudine corporis subfloccosa.*

Linn. S. N. 83. 14. — Fn. 35. Mus. — *Retz.* Fn. 40. — *Nilss.* Fn. 182. 32. M. muscardinus. *Sv. Zool.* *Sv.* Hassel —, Hasselmus, Skogsmus. *N.* Hasselmuus.

Hab. in sylvaticis et coryletis minus frequens. Statura & magnitudine *Muris musculi;* fructus Coryli, Fagi, Quercusque victum ei prebent. Pullos 4—5. parit.

Nat. 2. MURIDES.

G. 4. HUPUDÆUS, [2]) *Sv.* Gråfrâtta.

1. borealis *fulvo nigroque varius: pedibus* 5-*dactylis, cauda abreviata.*

Linn. S. N. 80. 5. — Fn. 29. — *Acta Holmiensia* 1740. s. 120. t. 6. f. 4,5. — *Retz.* Fn. 38. Mus Lemmus. *Nilss.*

---

1) Hab. gener. *idem ac præcedentium, sed sacculis buccalibus nullis, auriculisque mediocribus, caudaque elongata teretiuscula, præsertim ad apicem longe pilosa.*

2) Hab. gener. *Corpus cylindraceum: auriculis brevissimo-rotundatis, mammisque* 8—12. *pectoralibus et ventralibus: Pedes antici digitis* 5 *seu* 4 *cum verruca pollicari, postici* 5-*dactyli: unguibus falcularibus; cauda brevi l. mediocri, breviter pilosa.*

Fn. 185. 33. Lemmus. — *Pontopp.* N. H. 2. 48. 65. — *Sv. Zool.*

Sv. nordlig —, Lemmel, Lemming, Fjellmus, Sabelmus, Rödmus. *N.* Læmen, Læmuus, Lemming, Lömmer, Lomhund, Lemett, Lemund. *L.* Lummick, Goddesapan.

Hab. in alpibus lapponicis præsertim in alpe *Kölen.* Post annos determinatos ex alpibus gregatim descendunt via recta ad provincias inferiores; quod eis obvium destruentes, ipsi canibus avibusque rapacibus prædam dant. Magnitudine Muris Ratti, longitudine 5 poll., fulvescens: maculis fulvis nigrisque, sed supra os humerosque semper niger.

2. gregarius *grisescens, subtus pedibusque pallidior: palmis 4-dactylis; cauda corpore triplo breviore.*

Linn. S. N. 84. 16. Mus — Fn. 30. Mus agrestis. *Retz.* Fn. 38. Mus 35. — Mus sylvaticus *β.* — *Nilss.* Fn. 189. 34. Lemmus arvalis. — *Sv. Zool.*

Sv. flock —.

Hab. gregatim subterraneus in campis dumetisque, vix in sylvis, rarior. Colore caudaque breviore ab sequente certissime diversus et pro eo minime habendus.

3. terrestris *obscure-fuscus: abdomine pallidiore; auriculis vellere brevioribus; palmis subpentadactylis, pollice minimo, cauda dimidio corpore vix longiore pilosa.*

Linn. S. N. 81. 10. — Fn. 31. Mus — *Nilss.* Fn. 193. 35. Lemmus Amphibius? — *Sv. Zool.*

Sv. Jord-, Jordråtta, Molle, Mullsurk, *N.* Mærkemuus.

Var. *β.* ater *supra totus ater, subtus paulo pallidior.*

Sv. svart —.

Hab. in agris, pratis et hortis subterraneus, vix unquam in locis aquaticis, haud infrequens, *var: β* tamen rarior in Gottlandia *(Ego)*, grumos more Talparum protrudens.

4. paludosus *niger: pedibus albicantibus, auriculis longitudine velleris, cauda elongata.*
Linn. Mant. 522. — *Retz.* Fn. 37. Mus. — *Sv. Zool.*
Sv. Träsk —.

Var. β littoralis *niger: apice caudæ albido.*
Thunberg in Mscr. — *Sv. Zool.*
Sv. Strand —.

Var. γ aquaticus *dilute fuscus, subtus sordide lutescens.*
Linn. Fn. 32. *Retz.* Fn. 36. Mus amphibius 1). *Nilss.* Fn. 193. 35. Lemmus amphibius. — *Sv. Zool.*
Sv. vatten —.

Hab. in aquosis passim, introitum hybernaculi sub ipsa aqua, habens, *var.* β Smolandiæ et Westrogothiæ rarior; *var.* γ in Svecia australi minus frequens.

G. 5. MUS, 2) *Sv.* Mus.

1. Sylvaticus *supra griseofuscus, subtus albidus: cauda longitudine corporis subglabra.*
Linn. S. N. 84. 17. — Fn. 36. — *Retz.* Fn. 35. — *Nilss.* Fn. 161. 27. — *Sv. Zool.*
Sv. Skogs —, Skogsråtta. *N.* Skovmuus.
Hab. in sylvis præcipue australioribus non infrequens. Colore suo sordidiore bene cognitus; differt tamen etiam a sequente

1) *Cum confessus sit præcl. D. a Linné se Murem amphibium in Svecia nunquam vidisse sed sola auctoritate Synonymi Raji statuisse, hunc Murem, qui Angliæ proprius et capite rotundiore gibbosibre obtusiore, quam Species quænam Sueciæ aut Norvegiæ cognita, distinctus est, Faunæ Suecicæ adscripsisse; nomen Brissoni conservavimus unde etiam Mus amphibius sine dubio e Fauna Scandinavica excludendus est.*

2) Hab. gener. *fere Hudsonæi sed auriculis majoribus nudiusculis caudaque squamoso-annulata pilis inter annulos raris. Pedes antici* 4*-dactyli cum verruca pollicari.*

cauda minori et a speciebus *Hypudæi* sitatis cauda longiore; ab *Hypudæo terrestri* cauda minima pilosa mox distinguitur.

2. Rattus *obscure griseus, subtus canescens: auriculis vellere majoribus, subnudis, ovatis; cauda elongata.*

Linn. S. N. 83. 12. — Fn. Sv. 33. — *Retz.* Fn. 33. — *Nilss.* Fn. 152. 25. — *Pontopp.* N. H. 2. 47. — *Sv. Zool.*

Sv. egentlig –, Råtta. *N.* Råtte.

Hab. præsertim ruris frequentissime. Colore minime rubricante facile cognitus.

3. decumanus *rubrescente-griseus: pilis nigris rarioribus intermixtis, subtus albidus; auriculis vellere majoribus subnudis ovatis; cauda mediocri.*

Retz. Fn. 31. — *Nilss.* Fn. 137. 26. — *Sv. Zool.*

Sv. stor–, Skeppsmus.

Hab. in domibus Holmiæ et urbium plurimarum maritimarum etjam Norvegiæ, jamdudum vulgaris. Ex India orientali navibus emigravisse dicitur. Color fœminæ grisior, auriculæ etjam magis divaricatæ caudaque pallidiores; Sveciæ vix per dimidium seculi cognitus, sed diutius in Norvegiæ, unde ab auctoribus pluribus *Mus Norvegicus* vocatus.

4. Musculus *murinus subtus cinerascens: auriculis vellere majoribus; cauda longitudine corporis.*

Linn. S. N. 83. 13. — Fn. 34. — *Retz.* Fn. 34. — *Nilss.* Fn. 164. — *Pontopp.* N. H. 2. 48. — *Sv. Zool.*

Sv. liten –, Husmus: *plur.* Möss. *N.* Muus, Husmuus.

Var. β striatus: *albido cinereoque striatus.*

Retz. l. c.

Sv. streckad —.

Var. γ albicans: *totus albidus: oculis piceis.*

Retz. l. c.

Sv. hvitaktig —.

Var. δ niveus: *totus niveus: oculis igneis.*

Sv. snöhvit.

Hab. ubique in domibus, inter species nostras vulgatissimus. Magnitudine *Muris Ratti* plus duplo minor l. longitudine corporis 3 poll. et caudæ 3 poll. Color hyeme magis in cinereum se vertit. Varietates Scaniæ rarissimæ obviæ et var. ♂ etiam in oppidulo norvegico *Molde* detecta.

Nat. 3. LEPORIDES.

G. 6. LEPUS [1]), *Sv.* Hare.

1. timidus *rubrescente-griseus, hieme pallide-griseus: auriculis longitudine capitis, apice nigris; cauda abbreviata alba.*

Linn. S. N. 77. 1. — Fn. 25. — *Retz.* Fn. 29. — *Nilss.* Fn. 211. 37. — *Pontopp.* N. H. 2. 17. — *Sv. Zool.* *Sv.* rådd —, Jösse. *N.* Hare, Jase. *L.* Njaamel.

Var. β alba *hieme totus albus: summo apice auricularum tantum nigro.*

Sv. hvit —.

Hab. in tota Scandinavia, sat frequens; var. β vero præcipue in regionibus septentrionalibus et auriculis apice nigris caudaque abbreviata imprimis cognoscitur. Parit ter quaterve, unoquoque anno pullos tres quatuorve post graviditatem 30 dierum. Hieme mitiori jam mense Febr. copulantur. Vegetabilia diversa, præsertim gramineæ et oleraceæ, edunt, corticem tamen arborum tenuiorem sæpe hieme rodendo lædunt.

Trib. 2. FERA,

Nat. 4. MUSTELÆDES,

G. 7. MUSTELA, [2]) *Sv.* Wessla.

---

1) Hab. gener. *Corpus elongatum: capite brevi dependente, oculis magnis; pedes* 5–4 *dactyli, posteriores anticis valde longiores, omnes subtus pilosissimi. Mammæ* 6–10. *pectorales et inguinales. Cauda brevissima.*

2) Hab. gener. *Corpus elongatum: capite parvo, auriculis parvis rotundatis. Mammæ apertæ ventrales; pedes omnes*

1. nivalis *rufescens subtus albida, hieme tota alba; cauda truncata concolore.*

Linn. S. N. 69. 11. — Fn. 18. — *Retz.* Fn. 20. — *Nilss.* Fn. 35. 7. M. minor. — *Sv. Zool.*

Sv. Snö -z, Snömus. *L.* Boaaid, *L.* Boitta, *m.* Gouaige, *f.* Godfe.

Hab. in Scandinavia septentrionali magnitudine sequentis fere duplo minori. Corpus supra rufescens, subtus album maculis rufescente utroque latere sinuum oris; auriculis rufescentibus unicoloribus, cauda brevi concolore absque penicillo, apice raro pilis nigris.

2. erminea *fuscescens: ore margine auricularum corporeque subtus albis, cauda apice nigra penicillata; hieme, apice caudæ excepto, tota alba.*

Linn. S. N. 68. 10. — Fn. 17. — *Retz.* Fn. 18. — *Nilss.* Fn. 29. — *Pontopp.* N. H. 2. 41. fig. — *Sv. Zool.*

Sv. Hermelin —, Wessla, Lekatt *æstate*, Hermelin *hieme*. *N.* Hermelin, Rösekat., Rösskat.

Var. *β.* maculata *fuscescens: ore macula oculari corporeque subtus albidis.*

Retz. Fn. 19. M. vulgaris.

Sv. fläckig —.

Var. *γ* major *rufescens: linea a naso per oculos nigra.*

Nilss. Fn. 34. M. major.

Sv. större —.

Hab. subterraneus non infrequens in lapidosis. Magnitudine vix *Sciuri vulgaris*, at longior; longitudine corporis 9 caudæque 5 poll. Coëunt in mensibus Febr. Martio, et in Majo pullos 5–7 pariunt, e muribus, talpis, avibus quisque viventes. Var. *γ* longitudine corporis 13 – caudæque 7 poll. *(D. Nilsson)* vix tamen species distincta.

---

breves 5 — *dactyli: unguibus falcatis acutis, haud retractilibus. Cauda brevi: glandulis odoriferis analibus.*

3. Putorius *flavo-fuscus: ore, gula, margine auricularum albis; sterno pectore caudaque nigris.*

Linn. S. N. 67. 7. — Fn. 16. — *Retz.* Fn. 17. — *Nilss.* Fn. 25. 1. — *Sv. Zool.*

Sv. Stink —, Iller, Hiller.

Hab. in Svecia australi, in campis Scaniæ frequens, alibi rarior; magnitudine *Martis sylvaticæ;* longitudine corporis 16-17, caudæque 6 poll. Color *maris* obscurior: pilis flavis, nigricantibus intermixtis, ore albo, linea ab eo ad aures usque nigra. Ranis, avibus ovisque imprimis victitat. Post graviditatem 9 hebdomadum fem. in mense Aprilis 4-6pullos parit 1).

G. 8. MARTES, [2]) *Sv.* Mård.

1. foïna *fulvo-nigricans: gula sternoque albidis.*

Retz. Fn. 16. Mustela —. *Nilss.* 38. 8. — *Pontopp.* N. H. 2. 39. — *Strøm. Søndm.* 1. 154. — *Sv. Zool.*

Sv. Hö —, Bokmård, Aspmård, Stenmård. *N.* Aspemaar, Espemaar.

Hab. in sylvis Sveciæ australis, præcipue fagetis, interdum vulgatissima; in provinciis borealibus vix unquam visa. Magnitudine fere Felis Cati, sed statura longiore. Coëunt in Februario et pullos 3-4 cæcos in Aprili pariunt. Sciuri, mures, aves ovaque raro Cerasi vel aliorum fructus arborum victum ei præbent.

2. sylvatica *clare lateritia: gula sternoque flavicantibus.*

Linn. S. N. 67. 6. Fn. 15. — *Retz.* Fn. 15. Mustela Martes.

---

1) Mustelam luteolam *(Viverram luteolam Linn. Fn.) ut fennicam, numquam intra fines Scandinaviæ præsentes visam, in Faunam hujus amplius adoptare non possumus.*

2) Hab. gener. *omnino* Mustelæ, *sed rostro oblongiore acuminato.*

Nilss. Fn. 41. 9. — *Sv. Zool.* 15. — *Pontopp.* N. H. 39. — *Ström.* Söndm. 1. 154.

Sv, Skogs —, Furumård, Björkmård. *N.* Maar. Fyrremaar, Birkemaar.

Hab. in sylvaticis ubique, minus vero frequens. Magnitudine præcedentis paulo major, capite robustiore, auriculis minoribus et pedibus longioribus. De cetero illi cibo moribusque convenit.

Nat. 5. FELIDES.

G. 9. FELIS, [1]) *Sv.* Katt.

1. Lyncula *albidus: maculis oblongis nigris; naso obtusiusculo: auriculis nigro-barbatis: cauda abbreviata apice nigricante.*

Linn. Fn. 11. *Retz.* Fn. 12. F. Lynx *β* – *Thunb.* in Act. Holm. 1815. 80. F. borealis. *Nilss.* Fn. 14. 2. — *Pontopp.* N. H. 2. 34. *Ström.* Söndm. 1. 151. — *Sv. Zool.*

Sv. lolik —, Kattlo. *N.* Kattegaupe.

Hab. in sylvis borealibus vastissimis, usque ad Smolandicas, rarior tamen; a sequente colore, magnitudine fere dimidio minore, capiteque antice magis rotundato diversus; unde merito propria species (*D. Thunberg.*)

2. Vulpinus *fulvescens: dorso lineolis fuscis, femoribus nigro-maculatis; naso subacuminato, auriculis apice barbatis, cauda abbreviata nigra.* *Thunb.* in Manuscr. — *Pontopp.* N. H. 2. 34. — *Ström.* Söndm. 1. 151. — *Sv. Zool.*

Sv. räflik —, Räflo. *N.* Rævegaupe.

Hab. in Uplandia et Norrlandia rarissime (*D. Thunberg*), in Norvegia (*D. Pontoppidan*); hucusque cum juniore speciei

1) Hab. gener. *Corpus mediocre: pupilla oblonga vel orbiculari, auriculisque parvis acuminatis. Mammæ aut ventrales 2–4, aut pectorales 4. et ventrales 4. Folliculum supra anum nullum. Pedes 5–4 dactyli tarsigradi: unguibus falcatis, acutis, vaginatis, retractilibus, cauda longitudine diversa. Scandens.*

sequentis et a Zoologis et interdum a Venatoribus confusus. Naso acutiore tamen et a præcedente et a sequente, excepto colore, differt, unde certissime species distincta.

3. Lynx *rufescens maculis pallidis et brunnescentibus; naso prominente, auriculis apice barbatis; cauda abbreviata atra.*

Linn. S. N. 62. 7. — Fn. 10. — *Retz.* Fn. 12. — *Nilss.* Fn. 8. 1. — *Pontopp.* N. H. 2. 33. — *Strøm.* Søndm. 1. 151. *Sv. Zool.*

Sv. Lo —, Lodjur, Varglo, Gåpe, Göpe, Vargöpe. *N.* Goupe, Ulvegoupe; *junior* Fölegoupe, Loss. *L.* Albos.

Hab. in densis sylvis borealibus Scandinaviæ, sed sub frigore vehementi etiam in sylvis australioribus visus, arbores scandens animalia diversa maxima hostilitate persequitur. Gregibus nostris hostis crudelissimus, omnes potius destruit, quam devorat. Coëuntes in mensibus Jan. et Febr. fem. pullos 2-3 cæcos mense Maji parit. Longitudine corporis 1. uln. 14-16 poll. caudaque 9 poll.

Nat. 6. CANIDES.

G. 10. CANIS, [1]) *Sv.* Hund.

*) *cauda incurva.*

1. Lupus *canescens pilis rufescentibus nigrisque intermixtis; pedibus anticis nigro-lineatis.*

Linn. S. N. 58. 2. — Fn. 6. — *Retz.* Fn. 8. — *Nilss.* Fn. 51. 11. — *Pontopp.* N. H. 2. 29. — *Strøm.* Søndm. 1. 150.157. — *Sv. Zool.* 49.

Sv. Varg —, Ulf, Gråben, Kuse. *N.* Varg,

1) Hab. gener. *Corpus mediocre: pupilla orbiculari l. oblonga, auriculisque mediocribus oblongis aut erectis aut dependentibus. Mammæ* 4 *pectorales,* 6 *ventrales. Pedes* 5-4 *dactyli: unguibus falcatis, acutis, non retractilibus. Cauda mediocris aut brevis incurvata, recurvata vel recta, folliculo anali nullo. Non scandens.*

Hvitråf. *N.* Fieldræv, Fiældrakke, Mjelrakker, Blaaræv. *L.* Nial.

Var. *β.* argenteus *niger: apicibus pilorum argenteo-albis, in auriculis nigris.*

Sv. Silfverhvit —.

Hab. in Sylvis Lapponiæ.

Nat. 7. URSIDES.

G. 11. GULO, [1]) *Sv.* Järf.

1. borealis *brunnescens: medio dorsi pedibusque nigris; cauda mediocri concolore.*

Linn. S. N. 67. 5. — Fn. 14. Mustela Gulo. *Retz.* Fn. 22. — *Nilss.* Fn. 95. 17. — *Pontopp.* N. H. 2. 37. fig. *Strøm.* Søndm. 1. 152. — *Sv. Zool.*

Sv. nordlig —, Filfrass. *N.* Jærv, Gjærv, Err, Kola, Fieldfras. *L.* Fras, Snop, Snok, Gjeedk.

Hab. in sylvis montosis borealissimis. Castoreas persequitur et castoreo excepto devorat, mammalia etiam alia usque ad ipsum Tarandum aggreditur ab arboribus, quas agiliter scandit. Magnitudine Canem Vulpem superat l. longitudine corporis 30 poll. et ultra, cauda 6–7 poll. Mense Martii fem. 1–2 pullos parit.

G. 12. URSUS, [2]) *Sv.* Björn.

1) Habitus *corporis medius inter Ursos et* Mustelas: *auriculis brevibus rotundatis. Pedes breves* 5–5 *dactyli: unguibus falculis acutis. Mamma aperta. Cauda brevis aut mediocris, lata.*

2) Hab. genes. *Corpus robustum, crassum: auriculis erectis rotundatis mediocribus. Mammæ aperiæ:* 4 *pectorales,* 2 *ventrales. Pedes* 5–5 *dactyli: unguibus falcatis, acutis. Cauda abrupta: folliculo anali nullo. Monogami.*

1. Maritimus *albus: pilis rectis: capite depressiusculo, collo nasoque elongatis.*

Linn. S. N. 69. 1. U. Arctos var. — *Nilss.* Fn. 108. 19. — *Sv. Zool.*

Sv. Hafs —. hvit Björn, Isbjörn. *N.* Hvidbjörn.

Hab. passim in regionibus Norvegiæ ad oceanum glaciem; quoad formam, capite elongato, collo angustiore longioreque, ore pedibusque interdum nigrescentibus a congeneribus valde distinctus; sequente etiam major, longitudine sæpe 4–6 ulnarum. Phocis, mammalibus aliis, piscibusque mortuis victitat.

2. Arctus *niger, unicolor: naso prominente obtuso.*

Linn. S. N. 69. 1. — Fn. 19. — *Retz.* Fn. 21. — *Nilss.* Fn. 110. 20. — *Pontopp.* N. H. 2. 21. fig. *Strøm.* Söndm. 1. 149. — *Sv. Zool.*

Sv. egentlig —, svart Björn, Slagbjörn, Nalle. — *N.* Sortbjörn, Hestebjörn, Björn, Illgjersdyr: *m.* Bamse, *f.* Bingse. *L.* Guouzhia, *m.* Ă, Ănak, *f.* Åste.

Var. *β* brunneus *obscure-brunneus: pedibus obscurioribus.*

Nilss. l. c. — var. *β. Sv. Zool.* 31.

Sv. brun Björn.

Var. *γ.* annulatus *brunnescens: annulo collari albo.*

Nilss. l. c. — var. c. *Sv. Zool.*

Sv. Ringbjörn.

Var. *δ.* argenteus *brunnescens: pilis apice albidis.*

Nilss. l. c. — var. d. *Sv. Zool.*

Sv. Silfverbjörn.

Var. *ε.* albus *fœtus albus.*

Nilss. l. c. — var. e. *Sv. Zool.*

Sv. Hvitbjörn.

1. Araneus *obscure-griseus: abdomine albido, cauda tereti.*

Linn. S. N. 74. 5. — Fn. 24. — *Retz.* Fn. 26. *Nilss.* Fn. 143. 24. — *Ström* Söndm. 1. 155. *Sv. Zool.*

Sv. Spindel —. *N.* Næbbemus, Muskjerril, Museskjær, Skjærmus. *L.* Zibak, Ziebak, Wandes.

Hab. in pratis sylvisque minus frequens; magnitudine fere *Muris musculi.* Ex vermibus insectisque vivit, e cavernibus tempore vespertino egrediens.

2. fodiens *nigricans, subtus cinerascens: cauda subtetragona, subtus pilis albidis subcarinata digitis ciliatis.*

Ödm. in Act. Holm. 1788. 312. — *Retz.* Fn. 27. — *Nilss.* Fn. 140. 23. — *Sv. Zool.*

Sv. gråf —.

Hab. in aquosis *(D. Ödman).* Characteribus editis valde distinctus: longitudine corporis 3 ½, caudæ 2 ½ poll.

3. canaliculatus *cinereus, subtus albidus: cauda subtetragona, subtus pilis distichis canaliculata.*

Ljungh in Act. Holm. 1806. 263. t. 6. f. 6. — *Nilss.* Fn. 140. 23. S. fodiens var. *Sv. Zool.*

Sv. rännillad —.

Hab. in Smolandia ad domos rarior *(D. Ljungh).* Inter mammalia nostra sine dubio minimus: longitudine corporis 1 ½ – caudæque 1 ½ poll. — Varietas tantum præcedentis vel individuum ejus minus adultum, dubitamus, ut numquam in aquosis captus et characteribus indicatis sat diversus.

G. 16. ERINACEUS, [1]) *Sv.* Igelkott.

---

mæ apertæ pectorales ventralesque 6–10. Pedes 5–5 dactyli: unguibus falcatis. Cauda longa vel mediocri, rarissime nulla.

1) Hab. gener. *Corpus elongatum supra spinis aut setis pilisque tectum: ore prominulo, oculis distinctis, auriculisque parvis. Mammæ 4 pectorales, 4 ventrales. Pedes 5–5 dactyli: unguibus falcatis. Cauda brevis. Quiescens globiforme convolutus. Monogamus.*

1. europæus *aurieulis rotundatis; naribus cristatis.*

Linn. S. N. 75. 1. — Fn. 22. — *Retz.* Fn. 25. — *Nilss.* Fn. 135. 22. — *Pontopp.* N. H. 2. 46. *Sv. Zool.* 25. *Sv.* europeisk —, Piggsvin, Pinnsvin. *N.* Pindsviin, Bustivil, Bustedqval.

Hab. in Svecia media et australi non infrequens, in Norvegia australi rarior; oculis minutis nigris oreque acuminato instructus. Muribus, ranis, insectis vermibusque victitat.

Conspectus
Ord. 1. MONOPI
Nat. 8-9. EQ UI
Gen. 16-17. E(

Caput

, oblongum, compressum:
ndato.

Ord. 2. DIOPLIA
Nat. 9. CERVI
G. 17. CERV

m: naso prominente ple-
nudo. Cornibus deciduis,
nullis.

G. 18. TARA

m: naso pilloso; cornibus ci-
fem. deciduis.

Nat. 9-10. BO

G. 18-19. CA

m: fronte subconcava, naso
mento barbato; cornibus sur-
ersis, compressis, scabris.

G. 18-19. O

um: fronte conveniuscula;
retuso, mento imberbi; cor-
retrorsum versis, lateraliter
s, rugosis.

G. 18-19. BO

um: fronte planata, lata:
aud retuso: cornibus conicis,
, extrorsum et introrsum
is.

Ord. 3. POLYO
Nat. 9-10. SU
G. 18-19. SU

n: naso brevi, prominente.

D. pag. 2



Subclass. 2. HOPLEPODIA,

Ord. 1. DIOPLIA,

Nat. 9. CERVIDES,

G. 17. CERVUS, [1]) *Sv.* Hjort.

1. Alces *grisescens: cornibus subæqualibus palmatis, caruncula gutturali.*

Linn. S. N. 92. 2. — Fn. 49. — *Retz.* Fn. 43. — *Nilss.* Fn. 274. 42. — *Pontopp.* N. H. 2. 17. fig. *Ström.* Søndm. 1. 159. *Sv. Zool.* 1.

Sv. Elg —, Elk, *m.* Elgoxe, *f.* Elgko, *pull.* Elgkalf. *N.* Elg, Elsdyr, Elgur.

Hab. in regionibus septentrionalibus, omnium animalium Europæ terrestrium maximus; Equo Caballo major et crassior. Natando et curreundo velox, 50 miliaria itinere per nyctemeron conficit, unde olim ad litteras transportandas est adhibitus. Mense Augusto coëunt et in Majo sequente fem. pullum unicum, raro 2, parit. Gramina plantæque variæ, frondes, cortex Populi tremulæ, Cenomyces rangiferina &c. cibum ei præbent.

2. Elaphus *fulvescens maculis albidis, hieme obscure murinus, subtus albidus: cornibus totis teretibus antrorsum ramosis recurvatis.*

Linn. S. N. 93. 3. — Fn. 40. — *Retz.* Fn. 44. — *Nilss.* Fn. 295. 45. — *Pontopp.* N. H. 2. 16. *Ström.* Søndm. 1. 152. *Sv. Zool.*

Sv. egentlig —, Kronhjort, *m.* Hjort, *f.* Hind, *pull.* Hjortkalf. *N.* Dyr, Rödyr, *m.* Hjort, *f.* Hind, Kolle, Dyrkolle.

---

1) Hab. gener. *Corpus gracile: capite producto, sinubus lachrymalibus, auriculis acuminatis, oculisque mediocribus. Cornua tantum maris solida, ramosa, cutacea, deciduа. Mammæ 4 inguinales. Pedes ungulis 2 et sæpe 2 succenturialibus; cauda brevissima.*

Hab, in Svecia australi passim. Præcedente valde minor et angustior. Post æstum coëundi mense septembri fem. parit junio sequente pullum unicum, raro 2. Masculi dente laniarie utrinque in maxilla superiore instructi. Cornua primo vero decidua post 2 septimanas acrescunt ramis 2-anno 1, tertio 3-4, quarto 4, et sicporro lateralibus, ad ætatem 8 annorum.

3. **Capreolus** *cervinus, hieme murinus: podice albo; cornibus teretibus ad basin tuberculosis, a medio antrorsum retrorsumque ramosis, apice bifida.*

Linn. S. N. 93. 4. — Fn. 41. — *Retz.* Fn. 47. — *Nilss.* Fn. 302. 46. — *Pontopp.* N. H. 17. *Sv. Zool.*

Sv. **Bock —, Rådjur**; *m.* **Råbock**, *f.* **Råget**. *N.* **Raadyr.**

Hab. in sylvis Sveciæ australis minus frequens, magnitudine præcedentis dimidio minor; coëunt mense Decembri et pariunt Majo.

G. 18. TARANDUS, [1]) *Sv.* Rehn.

1. **Lapponum** *subhelvolus, hieme obscurior: cornibus teretis pubescentibus, recurvatis, antice ad basin posticeque medio spinosis, apiceque palmato-ramosis.*

Linn. S. N. 93. 4. — Fn. 44. — *Retz.* Fn. 45. — *Nilss.* Fn. 285. 44. Act. Holm. 1774. 124-1804. 86. *Pontopp.* N. H. 2. 18. fig. *Strøm.* Søndm. 1. 151. 156. *Sv. Zool.* 37,38. Cervus Tarandus.

Sv. **Lapp —**, *m.* **Rehnoxe**, *f.* **Rehnko.** *N.*

1) Habitus *fere* Cervi, *sed corpore æqualiore et cornibus in utroque sexu, mari mense Septembri post coëundi tempus et feminæ tempore vernali post fœtum editum deciduis; capite etiam longiori, naso crassiore piloso, oculisque magnis prominentibus. Unde majore cum ratione hocce genus constituimus, quam qua Ovis et Capra authoribus separata sunt, quod tamen Natura ostendere videtur.*

Ren, Hrensdyr, Hræindyr, Graasdyr, Halsbuk, Simler. *L.* Godde, Pâtso, Boêtsoi; *m*, Sarves, Hirvas: *castratus* Herke, *f.* Vain, Vaija; *pullus* Vasicka.

Hab. in alpibus lapponicis spontaneus, jamdudum raro; sed pecus unicum Lapponum; magnitudo fere Cervi Elaphi sed pedibus brevioribus et crassioribus, et forus paulo major. Cenomyce rangiferina præsertim Victitat, tamen fœno bono nutritus quidam est. *Cicur* longitudinem habet 2 uln. crassitudinem circiter $\frac{3}{4}$ uln. et altitudinem $1\frac{1}{4}$ uln. *ferus* autem longitudine 2 uln. 21 poll. *(D. Nilsson).*

Conspectus Genet (Lyktfotade Däggdjur).

ORD. 1. ORNITHODIA (F

Nat. 19. *VERPERTILI*

Gen. 19. *VERPERTI*

Caput

re oblongo-ovatum: naso oreque sim-
plici: lingua lævi, apice tantum
verrucis minutissimis.

ORD. 2. AMPHIBIODIA (

TRIB. 1. DIPHYLODON

Nat. 11. *CASTORIDES*

G. 20. *CASTOR*

: subtruncatum, depilandum; naso bre-
vi obtuso, labiis magnis. Lingua
scabra.

TAB. 2. HETERODONTA

Nat. 12. *LUTRÆDES*

G. 21. *LUTRA*

, ovato-rotundatum: naso brevi, ob-
ti. tuso; auriculis brevissimis.

Nat. 13. *PHOCÆDES* (

G. 12. *PHOCA*

- rotundatum: naso brevi, obtuso;
s auriculis nullis; lingua apice fissa.

G. 23. *CYSTOPHORA*

, magnum, latum: cute vesiculifor-
mi, in fronte mobili. Auriculis
nullis.

G. 24. *TRICHECUS*

: oblongum: naso lato, labiis semi-
natis, mystacibus longis crassis.

E. pag. 24.

Conspectus Genet (Lyktfotade Däggdjur).

ORD. 1. ORNITHODIA (F

Nat. 19. *VERPERTILI*

Gen. 19. *VERPERTI*

Caput

re oblongo-ovatum: naso oreque sim-
plici: lingua lævi, apice tantum
papillis minutissimis.

ORD. 2. AMPHIBIODIA (

TRIB. 1. DIPHYLODON

Nat. 11. *CASTORIDES*

G. 20. *CASTOR*

: cuticulum, deplanatum; naso bre-
vi obtuso, labiis magnis. Lingua
scabra.

TAB. 2. HETERODONTA

Nat. 12. *LUTRÆDES*

G. 21. *LUTRA*

ovato-rotundatum: naso brevi, ob-
tuso; auriculis brevissimis.

3

Nat. 13. *PHOCÆDES*

G. 22. *PHOCA*

rotundatum: naso brevi, obtuso;
auriculis nullis; lingua apice fissa.

G. 23. *CYSTOPHORA*

magnum, latum: cute vesiculifor-
mi, in fronte mobili. Auriculis
nullis.

G. 24. *TRICHECUS*

: oblongum: naso lato, labiis gemi-
natis, mystacibus longis crassis.

E. pag. 24.

	Dentes molares	Caput
	$\frac{1}{1}\cdot\frac{1}{1}$ *solitarius, oppositus, a laminis internis convergentibus compositus.*	*rotundatum; naso obtuso; auriculis nullis.*

Caput

e maxil-	*oblongum: naso acuto-exserto, depresso;*	spiracula
ini nulli.	*vertice in unum unita.*	
in u-	*minus oblongum: naso brevi, convexo;*	spiracula *ut*
	in præcedente.	
ito vero	*oblongum: naso, exserto, depresso;*	Spiracula *ut in*
	prioribus, sed lunata: lunulæ retrorsum versæ.	

interdum	*ovatum: naso brevi, rotundato; fronte gibbosa;*	spi-
borrecti:		racula *occipite in unum conjuncta.*

leulorum	*antice late-obtusum: maxilla inferiore breviore, acu-*	
ci, acuti.	*minata;*	spiracula *in unum apice nasi juncta.*
ter. ma-	*ut in præcedente,*	spiracula *in unum basi nasi unita,*

	magnum, antice truncatum: apertura oris recta maxillaque superiore lata:	spiracula *frontalia inter oculos et apicem, unita.*
. lami-	*ovatum: apertura oris*	*longa, curvata, maxillis*
tis, pen-	*æqualibus margine laterali elevato;*	spiracula *medio*
fibrosis.	*frontis 2 separata.*	
	elongatum, nasutum: maxillis subæqualibus, apertura oris subrecta;	spiracula *in apice capitis ante oculos.*

Subclass. 3. STEGANOPODIA,
Ord. 1. ORNITHODIA,
Nat. 10. VESPERTILIONIDES,
Gen. 19. VESPERTILIO,[1]) *Sv.* Fladermus.

*) *auriculis distantibus:*

1. Noctula; *canescens, subtus pallidior: faeie, auribus membranaque nigris; auriculis capite brevioribus latis rotundatis: operculo apice latiore oblique rotundato.*

Linn. S. N. ed. Gmel. 1. 48. 10. — *Retz.* Fn. 3 – et 5. V. Pipistrellus. *Nilss.* Fn. 335. 50. — *Sv. Zool.* *Sv.* lillugle —.

Hab. Scaniæ *(D. Retzius)* sat frequens in rudèribus et cavitatibus arborum; longitudine 3 poll. et latitudine supra membranam expansam 16 poll. Nasus obtusus, subbifidus, subnudus: mystacibus lateralibus raris. Auriculæ ad basin, margine introrsum elevato, extrorsum plicatæ; operculo brevi ad basin angustiore. Verruca sub mento utroque latere simplex et sub jugulo duplicata. Cauda corpore brevior. Insecta et pinguia diversa cibum speciebus omnibus hujus generis suppeditant. Post hibernationem primo vere in generationem sese jungunt et post 3 septimanas fem. pullos 2 parit, qui tam diu lactant.

2. Murinus: *murinus, subtus canescens; membrana nigrescente; auriculis vix logitudine capitis ovatis, operculo parvo acuto.*

Linn. S. N. 47. 6. — Fn. 2. — *Retz.* Fn. 1. — *Nilss.* Fn. 340. 51. — *Ström.* Söndm. 1. 151. *Sv. Zool.* 61.
Sv. musgrå —, Flagermus, Nattblacka, Skinnvinge, Läderlapp, Läderlapping. *N.* Skindvænge, Flagermus, Aftenbakke.

1) Hab. gener. *staturæ* Muris: *et membrana pedes caudamque includente.*

Hab. cum congeneribus, fere ubique vulgatissimus, etjamque sub cortice arborum detruncatorum. Longitudo ejus circa 2 ½ poll. — Differt a priore, characteribus datis exceptis, naso angustiore operculoque dimidio auris breviore et lanceolato.

3. **pipistrillus**: *brunnescens, subtus pallidior; naso toto auris membranaque nigris; auriculis capite brevioribus: operculo lineari apice obliquerotundato.*

Linn. S. N. ed. Gmel. 1. 48. 12. — *Nilss.* Fn. 344. 52. — *Sv. Zool.*

Sv, pipande —.

Hab. cum prima specie in Scania non infrequens (*D. Nilsson*). Longitudo 1 ¾ poll. Nasus obtusus, latus: naribus distantibus ovatis, sinu adscendente. Auriculæ longitudine ½ poll. ovatæ, intus pilosæ: operculo dimidio auriculæ subbreviore supra denticulum ad basin emarginato. Cauda membrana longior.

**) *Auriculis coadunatis* (Plecotus Geoff.)

4. **auritus**: *murinus: auriculis capite majoribus, oblongo ovatis: operculis lanceolatis, basi exteriore reflexo,*

Linn. S. N. 47. 5. — Fn. 3. — *Retz.* Fn. 2. — *Nilss.* Fn. 347. 53. — *Sv. Zool.*

Sv. storörad —.

Hab. cum prioribus moribus iisdem, sed minus frequenter obvius. Longitudo ejus 2 poll. et latitudo membranæ expansæ circa 10 poll.; longitudo auriculæ 1 ¼ poll. — Nasus simplex obtusiusculus. Auriculæ membranaceæ, subpellucidæ, fornicatæ: margine interiore plica retrorsum versa.

5. **barbastellus**: *nigricans, subtus oreque pallidior: auriculis longitudine fere capitis, latis, apice rotundatis: lobo in medio, operculo lanceolato.*

Linn. S. N. ed. Gmel. 1. 48. 13. — *Retz.* Fn. 4. — *Nilss.* Fn. 349. 54. — *Sv. Zool.*

Sv. skäggig —

Hab. in Scania rarissimus *(D. Retzius)*; longitudine corporis 2 poll, auricularum $\frac{1}{2}$ poll. et latitudine supra membranam expansam 11 poll. — Nasus obtusus, rotundatus: naribus lateralibus sursum versis. Buccæ gibbosæ, pilosæ, unde facies barbata; inter eas supra nasum rotundatum depressio plana nudaque est. Auriculæ latæ, apice rotundatæ, oblique ovatæ, in margine exteriore emarginatæ, medio rotundato-lobatæ, in fronte connexæ: operculo longitudine dimidia auriculæ, extus ad basin lobato.

Ord. 2. AMPHIBIODIA,

Trib. 1. DIPHYLODONTA,

Nat. 11. CASTORIDES,

G. 20. CASTOR, [1]) *Sv.* Bäfver.

1. Fiber: *castaneus: caudæ longitudine dimidii corporis ovata, plana.*

Linn. S. N. 78. 1. — Fn. 27. — *Retz.* Fn. 31. — *Nilss.* Fn. 199. 36. — *Pontopp.* N. H. 2. 42. fig. *Sv. Zool.*

Sv. egentlig —, Bjur. *N.* Bæver. *L.* Majeg.

Hab. in lacubus fluviisque borealissimis Scandinaviæ. Cortices radicesque diversas edunt. Magnitudine fere *Melis communis*, tamen longitudine 1-2 unc. variat. Inter pedes, partes genitales et anum sacculis 2 cum adipe fœtido, castoreo dicto, repletis instructus. In digito secundo plantarum ungue duplici accessorio. Habitacula sua in littoribus sub superficie aquæ angustissime ædificant. Post graviditatem 16 hebdomadum fem. mense Majo 12-16 pullos parit. Sub luctatio-

1. Hab. gener. *fere* Canis familiaris var: Vertagi. *Pedes 5-dactyli: anticis fissis l. lobatis, posticis palma connexis, unguibusque falcularibus. Mammæ 4 pectorales. Cauda corpore brevior, depressa squamata, l. compressa villosa.*

